

UFFICIO DELLE CELEBRAZIONI LITURGICHE
DEL SOMMO PONTEFICE

RITI
PER L'INIZIO
DEL MINISTERO PETRINO
DEL VESCOVO DI ROMA

CITTÀ DEL VATICANO
MMV

OFFICIUM DE LITURGICIS CELEBRATIONIBUS
SUMMI PONTIFICIS

ORDO RITUUM
PRO MINISTERII PETRINI
INITIO
ROMÆ EPISCOPI

E CIVITATE VATICANA
MMV



UFFICIO
DELLE CELEBRAZIONI LITURGICHE
DEL SOMMO PONTEFICE

Prot. n. 530/05

RESCRITTO

« EX AUDIENTIA SUMMI PONTIFICIS »

L'elezione del Vescovo di Roma da parte del Collegio dei Cardinali è sempre stata accompagnata da celebrazioni liturgiche che, oltre a celebrare un evento che tocca il cammino del popolo di Dio pellegrinante nel tempo, mettono in risalto il significato del ministero del successore di Pietro come Vescovo di Roma e Pastore della Chiesa cattolica. L'assunzione di tale Ufficio nel momento in cui l'Eleto accetta l'elezione canonicamente avvenuta viene sancita da alcune celebrazioni liturgiche a cui partecipano attivamente la comunità cristiana di Roma, i rappresentanti delle diverse Chiese e le autorità civili di ogni parte del mondo. Tutti esprimono gratitudine al Signore, che non lascia privo di guida il suo gregge, e insieme invocano il suo aiuto per l'inizio del ministero del Papa e per la missione a lui affidata di annunciare il Vangelo e di confermare nella fede e nell'unità i discepoli di Cristo affidati alla sua sollecitudine pastorale.



OFFICIUM
DE LITURGICIS CELEBRATIONIBUS
SUMMI PONTIFICIS

Prot. n. 530/05

RESCRIPTUM

« EX AUDIENTIA SUMMI PONTIFICIS »

Romæ Episcopi electio a Cardinalium Collegio peracta ritibus insignitur qui populum Dei peregrinamem in terra attingunt atque Petri successoris uti Romæ Episcopi et Catholicæ Ecclesie pastoris ministerium illustrant. Hoc Officium plene assumptum momento quo electioni canonice factæ Electus consentit, omnibus notum fit et aliquo modo confirmatur celebrationibus liturgicis quibus communitas christiana diocesis Romanæ actuose participat cum delegatis aliarum Ecclesiarum et eorum qui in variis mundi partibus potestatem tenent. Omnes gratias agunt Deo, qui gubernatorem et Pastorem suo gregi semper providet. Insimul auxilium supplici oratione petitur pro Romani Pontificis ministerii initio et pro munere illi commisso ut Evangelium universo mundo nuntietur et Christi discipuli in fide amorisque unitate eius pastoralis sollicitudine firmentur.

In seguito alla promulgazione della Costituzione Apostolica *Universi Dominici Gregis* del Papa Giovanni Paolo II di venerata memoria, il 22 febbraio 1996, l'Ufficio delle Celebrazioni Liturgiche del Sommo Pontefice, dopo aver consultato dei periti, ha provveduto alla preparazione dei *Riti per l'Inizio del Ministero Petrino del Vescovo di Roma*, e ha premesso ad essi una *Introduzione* in modo che rispondessero alle indicazioni date dalla medesima Costituzione Apostolica e all'autentico spirito della sacra Liturgia.

Il Papa Benedetto XVI, nell'Udienza concessa al sottoscritto Maestro delle Celebrazioni Liturgiche Pontificie il 20 aprile 2005, con la Sua Autorità Apostolica ha approvato questo nuovo *Ordo* e ne ha disposto la pubblicazione.

Dalla sede dell'Ufficio delle Celebrazioni Liturgiche del Sommo Pontefice, 20 aprile 2005.

✠ Piero Marini

Arcivescovo tit. di Martirano
Maestro delle Celebrazioni Liturgiche Pontificie

Constitutione Apostolica *Universi Dominici Gregis*, die 22 februarii anno 1996, a Papa Ioanne Paulo II felicis memorie promulgata, Officium Celebrationum Liturgicarum Summi Pontificis, viris peritis consultis, *Ordinem Rituum pro Ministerii Petri Initio Romæ Episcopi* una cum opportunitis *Prænotandis* parandum curavit, ita ut præfatæ Constitutionis Apostolicæ mandatis et spiritui sacre Liturgiæ responderet.

Hunc novum *Ordinem* Benedictus PP. XVI, in Audientia infrascripto Magistro concessa, Auctoritate Sua Apostolica die 20 Aprilis 2005 approbavit et publici iuris fieri iussit.

Ex ædibus Officii de Liturgicis Celebrationibus Summi Pontificis, die 20 Aprilis 2005.

✠ Petrus Marini

Archiepiscopus tit. Marturanensis
Magister Pontificiarum Celebrationum Liturgicarum

PREMESSE

Il Rituale per l'Inizio del Ministero del Vescovo di Roma

1. Le celebrazioni con le quali il nuovo Pontefice Romano dà inizio al suo ministero pastorale a servizio della Chiesa che, per antichissimo riconoscimento, presiede nella carità la comunione delle Chiese (cf. Ignazio di Antiochia, *Ad Rom.*, Præf.), manifestano il carattere di questo singolare Ufficio nella Chiesa cattolica.
2. Questo Rituale presenta le celebrazioni previste in tempi diversi e in luoghi collegati alla sede episcopale di Roma in riferimento con la cura pastorale del suo Vescovo per l'intero gregge del Signore.

Solenne Annuncio dell'Elezione del Romano Pontefice e sua prima Benedizione « Urbi et Orbi »

3. Il Papa eletto viene presentato e acclamato dal popolo riunito. A questo è dedicato il primo capitolo dell'*Ordo*, che trae la sua origine dalle prassi della Chiesa antica di eleggere il Vescovo con il concorso di popolo e clero. L'elezione del Vescovo di Roma (cf. *Ordo Rituum Conclavis*) conserva questa peculiarità per il fatto che ogni Cardinale è titolare di una chiesa romana o di una diocesi suburbicaria e, quindi, radicato nella realtà ecclesiale di Roma.

Presentato al popolo, l'Eletto imparte la sua prima Benedizione alla città e al mondo, manifestando con quest'atto che il suo servizio pastorale è rivolto alla comunità diocesana di Roma, a tutta la Chiesa e al mondo.

PRÆNOTANDA

De Ordine pro Initio Ministerii Episcopi Romani

1. Ministerium pastorale Episcopi Romani ad Ecclesiæ servitium ordinatur, quæ, ex iure antiquitus probato, Ecclesiarum communioni in caritate præest (cf. Ignatius Antiochenus, *Ad Rom.*, Præf.). Celebrationes, ritus et preces quibus Pontifex modo electus ministerium pastorale incipit, hoc peculiare Officium in Ecclesia catholica significat et illustrat.
2. Hoc Ordine celebrationes continentur temporibus diversis peragenda et locis cum Episcopi Romani ministerio connexæ eiusque universi Christi gregis cura.

De Sollemni Nuntio Electi Romani Pontificis atque de eius prima Benedictione « Urbi et Orbi »

3. In capite primo agitur de præsentatione et acclamatione Pontificis electi, quæ originem trahunt ab antiqua Ecclesiæ praxi episcopi eligendi clero populoque consentientibus. Electio Romani Episcopi (cf. *ORC = Ordo Rituum Conclavis*) indolem propriam ac peculiarem Romanæ Ecclesiæ exprimunt propter « titulum », qui efficit ut omne membrum Collegii Cardinalium in ea penitus radicetur.

Præsentatio ad populum et acclamatio Electi, electionem sequuntur. Romanus Pontifex primam benedictionem Urbi et Orbi impertit, qua ostendit suum servitium ad pastorem sollicitudinem pro unitate universali esse ordinatum.

Celebrazione Eucaristica per l'Inizio del Ministero del Vescovo di Roma

4. Il secondo capitolo presenta la celebrazione eucaristica con la quale il Papa eletto inizia ufficialmente il suo ministero, sottolineandone in particolare la dimensione «petrina» di Pastore della Chiesa cattolica. Viene, perciò, rimarcata la valenza specifica che assumono le abituali insegne episcopali: il *Pallio* e l'*Anello*. Oltre al loro riferimento a Cristo e alla Chiesa, per il Successore di Pietro sono evocative del compito a lui affidato dal Signore risorto (Gv 21, 15-17).

Il legame con l'Apostolo Pietro e il suo martirio, che ha fecondato la nascente Chiesa di Roma, sono ulteriormente rimarcati dai luoghi in cui si compiono le celebrazioni, primo tra tutti la Confessione di San Pietro nella Basilica Vaticana.

Nella solenne liturgia eucaristica, nella quale vengono imposte le due insegne episcopali «petrine», i testi e i segni esplicitano il loro richiamo a Cristo, pietra d'angolo della Chiesa (cf. Ef 2, 20), e a Pietro da lui chiamato a esserne il «fondamento roccioso» (Mt 16, 18).

5. Il rito si svolge nella Basilica di San Pietro e nella piazza antistante. La sosta alla *Confessione Apostolica* della Basilica sottolinea lo stretto legame del Vescovo di Roma all'Apostolo Pietro e al suo martirio. Per l'accresciuta mobilità umana, che rende più consistente anche il pellegrinaggio dei fedeli *ad limina Apostolorum*, è divenuto abituale che celebrazioni come questa richiamino un grande afflusso di persone. Ciò rende necessario radunare l'assemblea partecipante in un luogo capace di accoglierla. Ma è pure sommamente evocativo del martirio di Pietro, in un giorno così solenne, il raduno nello stesso luogo dove egli ha confessato con il sangue la sua fede insieme a tanti altri cristiani che con lui hanno dato la stessa testimonianza.

Dalla Loggia della Basilica Vaticana pende l'arazzo della pesca miracolosa (Gv 21, 1-8), in cui è raffigurato il dialogo di Gesù con Pietro, a cui fa esplicito riferimento il rito, nella liturgia della Parola e nei testi eucologici.

De Celebratione Eucharistica pro Initio Ministerii petrini Romani Episcopi

4. Caput secundum praesentat Celebrationem eucharisticam qua sollemnitur Pontificatus Pontificis electi. Idemque exhibet virtutem «petrinam» insignium episcopatum, Pallii nempe et Anuli, quibus vis christologica et ecclesiologicala inest sed cum ab Episcopo, Petri successore, induuntur, peculiari modo ipsius Apostoli munus, quod Christus Dominus post suam resurrectionem ei commisit, evocant (cf. Io 21, 15-17).

Vinculum quo Romanus Pontifex nequitur cum Apostolo eiusque martyrio, quod orientem Ecclesiam Romanam fecundavit, in lucem quoque profertur peculiaribus locis, in quibus ipsae celebrationes fiunt, in primis apud altare Confessionis in Basilica Vaticana.

In sollemni liturgia eucharistica, in qua traduntur et imponuntur duo episcopalia insignia «petrina», textus et signa in lucem profertur Christum lapidem angularem Ecclesiae esse (cf. Eph 2, 20) et Petrum, ab eo esse designatum ut eiusdem Ecclesiae fundamentum lapideum existeret, petra super quam Christus Dominus Ecclesiam aedificaret (cf. Mt 16, 18).

5. Ritus in Basilica et in area petrina peragitur. Statio ad Confessionem Apostolicam artum vinculum illustrat quo Romanus Episcopus cum Petro Apostolo eiusque martyrio coniungitur. Cum vero hominum mobilitas et fidelium peregrinatio ad limina Apostolorum in dies aucta facta sit, par est hunc ritum celebrari loco quo tantus fidelium cœtus congregari possit. Martyrium autem Petri mirum in modum ex eo quoque evocatur quod innumeri fideles, die tam sollemni, in eodem loco congregantur ubi Apostolus una cum pluribus christianis supremum fidei testimonium suo sanguine reddidit.

Ex podio (vulgo «Loggia») Basilicæ Vaticanæ textile pendet in quo conspiciuntur mira piscium captura et Iesus cum Petro colloquens (Io 21, 1-8), quibus Liturgia verbi et textus eucologici aperte alludunt.

Riti di Introduzione

6. Mentre la processione iniziale, dopo la sosta alla Confessione di San Pietro, si avvia verso l'Altare si cantano le *Laudes Regie*, con gli «auspici» ripresi e adattati dalla *Lumen gentium* (18, 22, 23), con l'invocazione della intercessione dei Pontefici santi, dei martiri e dei santi e delle sante della Chiesa Romana. Segue immediatamente il canto del *Gloria* e l'orazione colletta che, richiamato il disegno del Padre di edificare la sua Chiesa su Pietro, ispirandosi alla *Lumen gentium*, chiede che il Vescovo, costituito Successore del Principe degli apostoli, mostri al popolo cristiano Pietro come «visibile principio e fondamento dell'unità della fede e della comunione» della Chiesa. Ereditandone il servizio, anche il Papa ne è partecipe (cf. *LG* 18, 23 e nota 30; Conc. Vat. I, Const. *Pastor Æternus* [= PÆ], 1).

Liturgia della Parola

7. La prima lettura (*Is* 26, 1-4), commemorando la vicaria potestà dell'Apostolo, propone all'attenzione dell'assemblea la metafora della roccia, indice di stabilità e fedeltà. L'assemblea la riprende nel canto responsoriale, desunto dal medesimo profeta (*Is* 26, 7-9.12), con il ritornello: «Il Signore è nostra roccia per sempre» (*Is* 26, 4b). La vocazione di Pietro come fondamento roccioso della Chiesa (cf. *Mt* 16, 18), si radica sulla roccia che è il Signore (cf. *Dt* 32, 4; *Sal* 117 [118], 22-23) e sulla pietra scelta, preziosa e solida che è Cristo (cf. *Is* 28, 16; *Rom* 9, 33; 10, 11). Egli, «pietra che i costruttori hanno scartato... sasso d'inciampo e pietra di scandalo» (*1Pt* 2, 6), è divenuto pietra d'angolo (cf. *Ef* 2, 20).

Nel tempo pasquale viene proposta la pagina del libro degli Atti degli Apostoli (4, 8-12) in cui Pietro annuncia che Cristo è «la pietra scartata dai costruttori». La stessa tematica è ripresa nel Salmo responsoriale (*Sal* 117 [118]).

La seconda lettura (*1Pt* 5, 1-5.10-11) sottolinea ancora il legame che intercorre tra Pietro, la Chiesa di Roma, e il ministero del suo Successore. Valgono anche per lui le esortazioni che l'Apostolo, quale «anziano» rivolge agli «anziani», di pascerne il gregge che Dio ha loro affidato e esserne il modello. Altrettanto importante è il rinvio fondativo all'unico e solo Pastore supremo che dispenserà il premio nel giorno della sua venuta.

Ritus initiales

6. Dum processio initialis, post stationem apud *Confessionem sancti Petri*, procedit ad altare, canuntur *Laudes regie* cum «auspiciis» ex Constitutione *Lumen gentium* (18, 22, 23) sumptis et opportune aptatis, et invocationibus quibus petitur intercessio sanctorum Pontificum, martyrum atque sanctorum et sanctarum Romanæ Ecclesiæ. Statim, cantus «Gloria» et collecta sequuntur. Oratio collecta consilium Dei Patris memorans Ecclesiam supra Petrum ædificandi et quodam modo repetens textum Constitutionis de Ecclesia (cf. *LG* 18), expetit ut Episcopus, Apostolorum Principis Successor electus, coram christifidelium plebe ipsum Apostolum repræsentet «visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum» Ecclesiæ. Cum ab Apostolorum Principe munus hereditaverit unitatem fovendi, fidei veritatem servandi, caritatisque communionem promovendi Romanus Pontifex Petro succedit qui, Dei gratia, est principium visibile et fundamentum Ecclesiæ unitatis (*LG* 18, 23 et nota 30; Conc. Vat. I, Const. *Pastor Æternus*, [= PÆ], I DS [1821] 3051).

Liturgia verbi

7. Lectio prior (*Is* 26, 1-4) potestatem vicariam Apostoli respiciens, fidelium cœtui petrae metaphoram proponit, quæ stabilitatem et fidelitatem significat. Christifidelium autem cœtus eam repetit in cantu interlectionali (*Is* 26, 7-9.12) ex eodem propheta Isaia sumpto, cum versu «Dominus est petra æterna» (*Is* 26, 4b). Vocatio Petri qui in ea petra radicatur (cf. *Mt* 16, 18), quæ Dominus est (cf. *Dt* 32, 4; *Ps* 117 [118], 22-23) sed et in lapide probato, angulari, pretioso, fundato qui est Christus (cf. *Is* 28, 16; *Rom* 9, 33; 10, 11). Christus enim «lapis quem repræbaverunt ædificantes... lapis offensivus et petra scandali» (*1Pe* 2, 7. 8) factus est summus lapis angularis (cf. *Eph* 2, 20).

Pro tempore paschali proponitur lectio ex Actibus Apostolorum (4, 8-12) ubi Petrus Christum nuntiat tamquam «lapidem quem repræbaverunt ædificantes». Eadem meditantur in Psalmo responsoriali (*Ps* 117 [118]).

Lectio quoque altera (*1Pe* 5, 1-5.10-11) in lucem profert vinculum quod nectuntur Apostolus Petrus, Romana Ecclesia, munus Successoris Petri. Verba enim quibus Apostolus «senior» seniores admonet ut gregem a Domino sibi commissum pascat eiusque exemplar existant, Pontificem quoque nuper electum respiciunt. Maximi autem momenti monitum est unum supremumque Pastorem Christum esse qui, cum venerit, præmium unicuique tribuet.

Il canto al Vangelo (Gv 21, 3, 6) introduce alla proclamazione di Gv 21, 15-19. L'Apostolo pescatore va a gettare le reti e lo accompagnano sei apostoli, ma quella notte non presero nulla. Soltanto al comando del Signore la rete traboccherà di pesci.

Il Vangelo di Giovanni (21, 15-19) è uno dei testi che, unitamente a Mt 16, 13-19 e Lc 22, 31-34, fondano tradizionalmente lo speciale e personale compito conferito a Pietro nel gruppo dei Dodici. Lo riceve, come gli altri Apostoli, da Cristo risorto. La triplice domanda di Gesù e la triplice risposta si accompagnano in crescendo all'invito di pasce i «suoi agnelli» e le «sue pecorelle». La triplice domanda e la triplice risposta richiamano e riparano il triplice tradimento. Malgrado la sua fragilità, anzi proprio a partire da essa, Pietro «ravvedutosi» può «confermare nella fede» i suoi fratelli (cf. Lc 22, 31-32).

Imposizione del Pallio e consegna dell'Anello

8. Dopo la proclamazione del vangelo, in latino e greco, al Papa viene imposto il *Pallio Petri* e viene consegnato l'*Anello del Pescatore*.
9. Il significato del *Pallio*, antichissima insegna episcopale confezionata con lana di agnelli, è illustrato da varie testimonianze dei Padri. Simone di Tessalonica scrive: «Il Pallio indica il Salvatore che incontra i docci come la pecora perduta se la carica sulle spalle, e assumendo la nostra natura umana nella Incarnazione, l'ha divinizzata, con la sua morte in croce ci ha offerto al Padre e con la risurrezione ci ha esaltato».¹

Nella sua nuova forma per il Papa, il Pallio è intessuto della lana di agnelli e di pecore. Reca imprime in rosso cinque croci.² Esso richiama il buon Pastore (cf. Gv 10, 11), che pone sulle proprie spalle la pecorella smarrita (cf. Lc 15, 4-7), e anche la triplice risposta amorosa alla richiesta

¹ SIMONE DI TESSALONICA, *De sacris ordinationibus* 208: PG 155, 422; *De divino templo* 44: PG 155, 715. Cf. anche ISIDORO PELUSIANO, *Epistula* 1, 136: PG 78, 271; GERMANO DI COSTANTINOPOLI, *Rerum ecclesiasticarum contemplatio*: PG 98, 394.

² Cf. RABANO MAURO per il quale in modo peculiare al Sommo Pontefice si addice il Pallio «in cui è incisa la croce di colore rosso, perché indossandolo il Pontefice porti sul petto e dietro le spalle il segno della croce e nella sua mente abbia il pio e devoto ricordo della passione del Redentore, e al popolo per il quale prega il Signore ne mostri il segno» (*De clericorum institutione*: PL 107, 309).

Cantus ad Evangelium (Io 21, 3, 6) introducit lectionem Evangelii secundum Ioannem (21, 15-19). Simon Petrus una cum sex Apostolis exiit piscari, sed illa nocte nihil prenderunt; tantum imperante Domino ut rete rursus mitterent, rete piscibus repleta est.

Evangelium Ioannis (21, 15-19), una cum Matthæo (16, 13-19) et Luca (22, 31-34), peculiare munus testatur in duodecim Apostolorum coetu Petro collatum. Quod munus, ut Ioannes ait, Petrus, æque ac ceteri Apostoli, ab ipso Christo Iesu post eius a mortuis resurrectionem accepit. Ter Iesus ex Petro quærit an se diligit; Petrus ter respondet se eum diligere; ter Iesus eum ut suos agnos suasque oves pascat adhortatur. Triplex quæstio triplexque responsum triplicem Petri proditorem quodam modo rependunt. Cum sit fragilis, immo quia fragilis est, Petrus «conversus» fratres in fide confirmare poterit (cf. Lc 22, 31-32).

Pallii impositio et Anuli traditio

8. Post Evangelii cantum, latino et græco sermone, Romano Pontifici imponitur *Pallium Petri* atque *Anulus Piscatoris* traditur.
9. *Pallium*, antiquum episcoporum insigne ex lana agnina confectum est. Multa inveniuntur documenta Patrum quæ illustrent quid *pallium* significet. Apud Simeonem Thessalonicensem scriptum legimus: «Denotat *pallium* Salvatoris incarnationem... quoniam nos ovem perditam inveniens super humeros portat, naturamque humanam integram indutus eamque sibi adunatus defecavit atque idipsum quod assumpsit per crucem et mortem Patri pro nobis obtulit et suscitatus nos exaltavit».¹

«Novum» vero Romani Pontificis *pallium* ex agnorum et ovium lana est confectum. In eo quinque cruces rubri coloris sunt impressæ.² *Pallium* bonum Pastorem (cf. Io 10, 11), ovem quæ perierat humeris gestantem (cf. Lc 15, 4-7), significat idemque commemorat triplex Apostoli

¹ SIMEON THESALONICENSIS, *De sacris ordinationibus* 208: PG 155, 422; *De divino templo* 44: PG 155, 715. Conferantur quoque ISIDORUS PELUSIANUS, *Epistula* 1, 136: PG 78, 271; GERMANUS CONSTANTINOPOLITANUS, *Rerum ecclesiasticarum contemplatio*: PG 98, 394.

² RABANUS MAURUS: «Super hæc autem omnia summo pontifici (qui archiepiscopus vocatur) propter apostolicam vicem *pallii* honor decernitur, quod genus indumenti crucis signaculum purpureo colore exprimit, ut ipso indutus pontifex a tergo et pectore crucem habeat, suaque mente pie et digne de passione Redemptoris cogitet, ac populo pro quo Dominum deprecatur, redemptionis suæ signaculum demonstret» (*De clericorum institutione*: PL 107, 309).

fatta da Gesù risorto a Pietro di pascere i suoi agnelli e le sue pecorelle (cf. *Gv* 21, 15-17).

10. Il Pallio è imposto dal Cardinale Protodiacono, che nella formula usata si richiama a Cristo, « il pastore grande delle pecore », che Dio ha risuscitato dalla morte (*Eb* 13, 20), e ora trasmette il Pallio al Papa. Ricorda che esso è stato preso dalla Confessione di Pietro, per significare il collegamento con l'Apostolo che ha ricevuto da Cristo stesso il compito speciale di guidare il suo gregge. A Pietro il nuovo Pontefice succede nella Chiesa di Roma, da lui generata alla fede insieme con l'Apostolo Paolo (cf. Leone Magno *Sermo* 82, 3, 6). Dopo l'invocazione litantica delle *Laudes Regiae*, è questo il primo ricordo di Paolo, quale cofondatore della Chiesa di Roma. Viene pure invocato lo Spirito di verità perché sostenga con la sua grazia il ministero del nuovo Pontefice nel confermare i fratelli nell'unità della fede.

11. Dopo che il Cardinale Protodiacono ha imposto il Pallio sulle spalle del nuovo Pontefice, il Cardinale primo dell'Ordine dei Presbiteri invoca con una speciale preghiera la presenza e l'assistenza del Signore sull'Eleto. Implora da Dio la Benedizione, che è il suo stesso Figlio, e il Dono più grande, lo Spirito Santo, perché il Papa eserciti il suo ministero in modo corrispondente al carisma ricevuto.

12. Segue la consegna dell'*Anello del Pescatore*. Sin dal primo millennio anche l'anello è insegna propria del Vescovo. L'Anello che il nuovo Papa riceve ha però la valenza specifica dell'anello-sigillo che autentica radicalmente la fede, compito affidato a Pietro di confermare i suoi fratelli (cf. *Lc* 22, 32). Viene detto anello « del Pescatore » perché Pietro è l'Apostolo pescatore (cf. *Mt* 4, 18-19; *Mc* 1, 16-17) che, avendo avuto fede nella parola di Gesù (cf. *Lc* 5, 5) dalla barca ha tratto a terra le reti della pesca miracolosa (cf. *Gv* 21, 3-14).

13. La consegna dell'Anello è fatta dal Cardinale Decano del Collegio dei Cardinali. Egli invoca Cristo, « pastore e vescovo delle nostre anime » (*1 Pt* 2, 25), che ha edificato la Chiesa sulla roccia di Pietro, e dallo stesso Pietro è stato riconosciuto « Figlio del Dio vivente » (*Mt* 16, 16; *Tomus Leonis* 3), perché sia lui a dare al nuovo Pontefice l'Anello-sigillo del Pescatore.

Il testo evidenzia la speranza non delusa sperimentata da Pietro nel prendere il largo e calare le reti, e ricorda che a lui Cristo ha dato le chiavi del regno dei cieli. Sottolineato che il nuovo Pontefice a lui succede nella

responsum amoris Iesu quaerenti an ille se amaret et Iesu adhortationem ad suos agnos suasque oves pascendos (cf. *Io* 21, 15-17).

10. Pallium Petri novo Summo Pontifici a Cardinale Protodiacono imponitur. Formula adhibita verbis *Epistulae ad Hebraeos* 13, 20 incipit et petit ut « Deus pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium », ipse Pallium novo Romano Pontifici tradat. E Petri Confessione sumptum, recollit Petrum a Cristo mandatum recepisse agnos et oves dominici gregis pascendi. Leone Magno teste (*Sermo* 82, 3, 6), adfirmatur novus Pontifex successor esse Petri in Ecclesia Romana, quam una cum Paulo apostolo fidei genuit. Tunc Paulus, alter Romanæ Ecclesiae Conditor post invocationem in *Laudibus Regis* primo memoratur. Denique Spiritus veritatis invocatur, qui novi Pontificis ministerium fratres confirmandi in fidei unitate, sua gratia sustineat.

11. Postquam Cardinalis Protodiaconus humeris novi Romani Pontificis Pallium imposuit, primus Cardinalis Ordinis Presbyterorum peculiariter dicit orationem qua Dominum exorat ut Pontifici electo praesens adsit. Ille a Deo petit Benedictionem, qui ipsius Filius est, et Donum maximum, Spiritum nempe Sanctum, ut in novo Pontifice dignitas ministerii commissi dignitati charismatis accepti respondeat.

12. Deinde *Anulus Piscatoris* Pontifici traditur. Inde a primo Millennio, anulus peculiariter est Episcopi insigne. Anulo vero, quem Romanus Pontifex nuper electus, virtus inest anuli signatorii, qui et signo fidem consignat et munus significat, Petro Dei gratia commissum, fratres in fide confirmandi (cf. *Lc* 22, 32). Anulus autem « Piscatoris » vocatur, quod Christus suum gregem Apostolo piscatori commisit (cf. *Mt* 4, 18-19; *Mc* 1, 16-17), qui verbo Domini confisus (cf. *Lc* 5, 5), rete laxavit et iam non valebat « illud trahere praeter multitudinem piscium » (cf. *Io* 21, 3-14).

13. Anulus a Cardinale Decano Collegii Cardinalium Summo Pontifici traditur, formula qua Christus pastor et episcopus animarum nostrarum (*1 Pt* 2, 25) invocatur, qui super petram Petrum Ecclesiam aedificavit et ab ipso agnitus est « Filius Dei vivi » (*Mt* 16, 16; *Tomus Leonis* 3) ut anulum signatorium novo Pontifici tradat.

Textus exprimit spem Petri deceptam non esse cum, navigio in altum ducto, rete laxasset; itemque admonet Christum Regni caelorum claves Petro dedisse. Deinde textus recollit novum Pontificem Petro succedere et

guida pastorale della Chiesa di Roma, che « presiede all'unione della carità », viene ribadita l'esortazione di Paolo che indica nella carità il « pieno compimento della legge » (*Rm* 13, 8-10). L'esplicito riferimento alla Lettera ai Romani (5, 5) intende richiamare l'insegnamento che l'Apostolo ha indirizzato alla Chiesa di Roma; viene pure riportata la celeberrima locuzione con cui Sant'Ignazio martire si è rivolto alla Chiesa di Roma (*Ad Rom.*, Praef.; cf. *LG* 13).

La consegna dell'Anello si chiude invocando lo Spirito Santo perché arricchisca il nuovo Pontefice di forza e mitezza nel conservare i discepoli di Cristo nell'unità della comunione.

Quindi il Papa tiene l'omelia.

14. Dopo l'omelia del Papa, la celebrazione prosegue con il simbolico rito dell'« obbedienza » prestata al Papa da dodici rappresentanti di tutte le categorie del popolo di Dio, provenienti da varie parti della terra. L'assemblea, quindi, professa nella lingua latina, il Simbolo Niceno-Constantinopolitano.

La preghiera universale prende spunto dai testi biblici proclamati e prega il Signore roccia eterna, per la Chiesa, ovunque diffusa sulla terra, per il Pontefice Romano, che inizia il suo ministero, per quanti detengono il potere, per coloro che si trovano nella sofferenza e nel disagio, per la stessa assemblea.

Nell'orazione conclusiva il Papa prega perché Dio, Pastore del suo popolo, rivolga amoroso lo sguardo su di lui e sul servizio a cui lo ha chiamato, ascolti la preghiera del suo popolo e accolga tutti nella pienezza del suo Regno.

Liturgia eucaristica

15. In riferimento ai testi di questa celebrazione, la presentazione dei doni per l'Eucaristia è accompagnata dal canto dell'inno della carità di San Paolo (*I Cor* 13), l'altro fondatore della Chiesa romana, che prelude no le già citate espressioni di Sant'Ignazio martire.

L'orazione sulle offerte supplica che attraverso il ministero missionario della Chiesa si estendano a tutto il mondo i frutti della redenzione.

pastorem præesse Romanæ Ecclesiæ, quæ caritatis unioni præsidet: una autem cum Petro Paulum commemorat qui in epistula ad Romanos docet corpus Christi quod est Ecclesia caritate designari caritatemque quæ legem plene adimplet (cf. *Rom* 13, 8-10). In traditione anuli epistula quoque ad Romanos (5, 5) evocatur necnon celeberrima allocutio sancti Ignatii Antiocheni ad Romanos (*Praef.*; cf. *LG* 13).

Denique Sanctus Spiritus invocatur, qui vi et suavitate novum Pontificem donet, ut christifideles servet in communione unitatis.

Deinde Summus Pontifex homiliam profert.

